



Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. x. De responsione quæ ei facta fuit cum scire vellet quid facere posset
quo magis Deo placeret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

impedimentum in via Dei , & similiter mortuus est vir meus , & omnes filii mei in breui tempore . & quia incœperam viam prædictam , & rogaueram Deum , quod me deūis expediret : magnam consolationam recepi de morte eorū , quamuis eis aliquatenus condolcrem : cogitabam tamen quod deinceps postquam Deus fecerat mihi gratiam prædictam , quod cor meum semper esset in corde Dei , & in voluntate eius , & voluntas Dei , & cor eius in corde meo .

*Decimum capitulum. x. passus. De ref.
ponsione quæ ei facta fuit cum scire
veller quid facere posset quo magis
Deo placeret.*

DE C I M O cum quererem à Deo , quid possem facere , per quod ei plus placerem : ipse pro sui pietate apparuit mihi plures dormienti & vigilanti crucifixus in cruce : & dicebat mihi , quod ego respicerem in plagas suas : & mirabili modo ostende-

bat mihi, quomodo omnia susti- *Quam*
nuerat pro me, & hoc accidit plu- *placeat*
ries. Et quando ostendebat mihi *Christo*
omnia singulariter, & singillatim *passionis*
quæ sustinuerat pro me, dicebat *sue me-*
mor.
mihi. *Quid ergo potes facere pro*
me, quod sufficiat? Similiter ap-
paruit mihi vigilanti multotiens:
magis tamen placibiliter, quam
dormienti: quamuis semper ap-
pareret mihi multum pœnatus, &
dolorosus: & ostendebat mihi pœ-
nas capitis, & superciliorum, &
barbe capillos sibi auullos, & enu-
merabat omnes flagellationes, af-
signando easdem in locis suis si-
cut sustinerat: dicebatque mihi,
hæc omnia pro te sustinui. Et tūc
reducebantur in memoria omnia
peccata: & ostendebatur mihi
quod proper ipsa peccata mea e-
go iterum plagaueram Christum
Iesum: & quod dolorem maxi-
mum debebam habere: & tunc
habebam maiorem dolorem de
peccatis meis, quam nunquam
habuerim. Similiter & mihi o-

stendens passionem, dicebat.

Quid potes facere pro me, quod sufficiat? Et tunc plorabam multum, & lacrymabar ita ardenter, quod lacrymæ adurebant carnem meam: unde oportebat me pone re aquam frigidam ad refrigerandum.

Vndecimum capitulum vndecimi pas-
sus. Qualiter propter cognitionem
quaæ ei data fuit suorum peccatorum
incepit facere nimis asperam pœni-
tentiam: & quid circa eam ei
accidit.

VNDECIMO. propter pec-
cata moui me ad faciendum
pœnitentiam magis asperā, quam
non oportet h̄ic dicere: & ima-
ginabar, & conabar ipsam facere:
Non insu- & cum non videretur mihi, quod
ma pau- possem cū rebus seculi facere
per iate, sufficienter pœnitentiam, deli-
pot. per- beraui omnino omnia relinque-
fectas fieri re, ut possem facere pœnitētiam,
pœniten- & venire ad crucem, sicut mihi
tia. à Deo fuerat inspiratum: prædi-
cta verò deliberatio fuit mihi à